eum esse a potestate abbatis sui. quia ab ipsis est
ordinatus a quibus et abbas. Hinc suscitantur in
uidie. ire. rixe. detractiones. emulationes. dis
sensiones. exordinationes! et dum contraria sibi
abbas prepositusque sentiunt. et ipsorum necesse est
sub hac dissensione animas periclitari. et hi qui
sub ipsis sunt dum adulantur partibus. eunt
in perditionem. Cuius periculi malum illis respicit in
capite! qui talibus inordinatione se fecerunt
auctores. Ideo nos preuidemus expedire propter
pacis caritatisque custodiam. in abbatis pendere
arbitrio ordinationem monasterii sui. Et si po
test fieri. per decanos ordinetur ut antea disposui
mus omnis utilitas monasterii. prout abbas dis
posuerit! ut dum pluribus committitur. unus non
superbiat. Quod si aut locus expetit. aut congre
gatio petierit rationabiliter cum humilitate.
et abbas iudicauerit expedire! quemcumque ele
gerit cum consilio fratrum timentium deum. ordinet
ipse sibi prepositum.... Qui tamen prepositus
illa agat cum reuerentia. que ab abbate suo ei